lecta eſt ſimilem dixit filiū patri conſulebant alterutros. ſm̄ quid eēt
ſimilis fili9 patri et qui circa achaciū dicebant. ſm̄ volūtatem ſolū-
modo. nō ſm̄ ſubſtātiam patri ſimilem filiū eſſe, Alij vero omnes
etiam ſm̄ ſubſtātiam declarabant. In hac ergo cōtentione tota mā-
ſerunt die. Et achaciū arguerūt qui ī ſuis ſmonibus quos ſcripſit
ſimilem per oīa filiū patri dixit. Nunc aūt ſcḋm ſubſtātiam ſimilē
denegauit. Quibus multū contendentibus et ad nullam ꝯcordiam
venientib9 ſurgens Leonas conciliū ſoluit, Et iſte fuit terminus
ſinodi ſeleucia congregati, Altera nanq̧ die rogat9 ut intereſſet
noluit dicens. Directus ſum ad concordiam concilij vobis diſtāti-
bus adeſſe non poſſum. Quo facto neq̧ qui circa achaciū. ad ſino-
dum conc̄rere voluerunt, Altera vero pars in eccleſiam veniens
achaciū et qui cum eo erant vocauit. ut de cirillo hieroſolimorū ep̄o
haberet̄ examinatio. Sciendum itaq̧ quomō cirillus iam duorū
fuerat accuſatus atq̧ damnatus quō ſepe euocatus ad iudiciū duo-
bus annis iugiter declinauit metuens accuſantes. Cōdemnat9 aūt
appellationis libellū condemnatoribus deſtinauit. iudiciū maius
appellans. Cui appellationi conſenſit etiā conſtancius imperator,
Hoc itaq̧ ſolus et prim9 pret̄ ecc̄iaſticā ꝯſuetudinem atq̧ regulā cy-
rillus fecit ep̄s. ut ſicut in publicis iudicijs libellis vteret̄ appellato
rijs. Tunc ergo in ſeleucia interfuit adiudicandus et ob hoc ep̄i
achaciū eiuſq̧ conſentaneos euocabant ut de accuſationibus agno
ſcentes decretum cōmune proferrent. Euocabant igit̄ etiā alios q̄ſdā

qui fuerant acuſati et p̄ ſemetipſos contulerant ad achaciū. Quib⁹
poſt crebram citationem nolentibus occurrē · damnauerunt et ipſū
achaciū georgiū alexandrinum · uraniū tyri · theodolū chereta · penū
phrigie · theodoſiū philadelphie lidie euagriū inſule mitilene leonci
um tripoleos lidie eudoxiū, Qui primo quidem germanice fuit p⁹=
ea vero antiochia ſirie inuaſit epiſcopatum. Damnauerunt pariter
et patrophilū · quia et ipſe a dorotheo acuſatus preſbitero euocatus
noluit obedire, Hos itaq̃ʒ damnauerunt · Excōmunicauerunt aūt
aſterium · euſebium · augarū · baſilicū · phebum fidelem · euticiū · ma=
gnū · et euſtachiū, Sic eos manere decernentes donec habita ſatiſfac
tione acuſatiōibus ſemetipſos exuerunt. His actis damnationem
celebratam eoꝝ parrochijs innotuerunt · in ɋ̃ locū eudoxij · anianū
conſtituerunt epiſcopū, Quem comprehendentes qui circa achaciū
leone et lauricio tradiderunt a quib⁹ exilio deſtinatus eſt. Quo fa=
cto epī qui ordinauerant anianū ɔteſtationem obtulerunt leone et
lauricio contra achaciū et conſentaneos ei⁹ dicētes ſinodi iudicium
fuiſſe violatum. Cumq̃ʒ nil agerent conſtantinopolim ſunt profecti
ut que geſta fuerant panderentur imperatori. Sozomenus.

Hunc terminum habuit ſinodus in ſeleucia conſtituta, Qui
vero voluerit ſubtiliter vniuerſa cognoſcere · exceptorū debet
acta relegere. Poſt hec ergo talia geſta ſunt, Conſentientes quidem
achacio ad imꝑatorem ɋ̃ prope ꝑuenerunt, Alteri⁹ v̓o partis epī
ſinguli ad xp̄a ſunt reuerſi. Decem tantūmodo eoꝝ cōmuni decreto
miſſi venientes ad principem : Inuenerunt directos decem ab ari=
minenſi concilio, Porro ſequaces achacij iam egerant ut potētes pa
lacij eoꝝ tuerent̄ partes · et p̄ eos fauor illis arridebat imꝑatoris. Di=
cebant enim alios quidē ſibimet ɔſentire · alios aūt eccliaſticis pecu=
nijs eē corruptos alios incōgruis falli ſeductiōib⁹. Hec agebat
achacius · natura verſutus · et preparatus ad intelligendū atq̃ʒ dicēdū
Cum etiā inſignē hr̄et eccliaꝫ id ē euſebij pamphili, Poſt quē ei⁹ tene=
bat ep̄atū et gloriabat̄ eū ſe habuiſſe doctorem, Et cum talis eſſet · ꝑ=
ſuadebat facile qđ volebat. Cū igit̄ ɔſtātinopoli ex vtroq̃ʒ concilio
eēnt epī vigīti et qui caſu p̄ntes erāt · primo quidem iubet̄ ut de ecij
queſtione iudicaret̄ · p̄ntib⁹ maxīs procerib⁹ honoratus · quem ante
multum tempus imperator ab vrbe roma reuertens · primū prefectū

vrbis conſtantinopolitane cõſtituit. Poſtea vero etiam ipſo conſtã
tio cum iudicib9 audiẽte capitur circa fidem actius egrotare· ita ut
etiã imperator et alij quaſi circa blaſphema eius verba cõmouerent
Dicitur autẽ achaciũ eiq; cõſentientes primũ ſe hãc hereſem igno-
rare finxiſſe et ſub velamento quodam egiſſe cum principe ut ipſe cũ
ſuis proceribꝫ iudicaret : credẽs etiã nõ poſſe vinci ſermonib9 et ma-
gis neceſſario capi iudicãtis auditus ac ſine contentione preualere
conamen hereſeos. Cumq; hoc perficiẽ nequiuiſſet · proferri ſcripturã
prolatam arimino et a ſeleucie ſinodo· miſſi hãc ſuſcipere depoſcebãt
Et cum queſtio eſſet de ſubſtãtie nomine iureiurãdo firmabant qꝛ
nullatenus diſſimilem ſcd̃m ſubſtantiã filiũ faterentur ſe q; paratos
hanc hereſem abdicare dicebãt, Et quoꝫ inopinate occidẽtales nomẽ
ſubſtãtie in arimino reliquerant· neceſſariam hui9modi ſcripturã
eẽ fatebant᷑. Dicebant aũt qꝛ ſi nomẽ ſubſtãtie taceatur : cum noĩe
ſubſtãtie etiam illud quod de conſubſtãtialitate decretum eſt ſine du
bitatione tacebitur . Qd̓ plimi occidentaliũ ſacerdotũ pro reuerẽtia
niceni concilij nimis amplectebant᷑ Hãc aũt etiã imperator flexus ẽ
laudare conſcriptionem · cõſiderãs multitudinẽ arimino ↄgregatã
Et quia non peccaret qui ſimilem patri filiũ diceret idem eẽ virtu-
te credẽs ſubſtãtialem et ſimilis ſubſtãtie profeſſionẽ, Nihil q; intel-
lectum differẽs niſi in noĩb9 que ſcriptura diuina neſciret, Hanc
ergo ſententiam habẽs· epõs concordare precepit in ariminenſis fide
concilij . Cumq; ſe in altera die pararet ad conſulatum qꝛ p̃ma die
menſis ianuarij romanoꝝ more celebratur· totum diem et maximã
noctis partem expendit· inter epõs certamen hñs · donec ſcripture
ex arimino delate ſubſcriberẽt epĩ a ſeleucia veniẽtes, ·xxxvj·
Achacius aũt et qui cum eo aliquãtulũ tempus conſtantino-
polim commorantes · Euocauerunt epiſcopos · ex bithi-
nia. Inter quos erat et macharius macedonenſis et Vlfilas gothoꝝ
epũs. Qui omnes numero quinquaginta conuenientes· confirma-
uerunt arimino lectam conſcriptionem, Adijciẽtes ut de cetero neq̃
q; ſbã vl' eſſẽtia noĩaret᷑ in deo · Et pret᷑ hãc ſcripturã omnes alias
aut factas aut faciendas penitus abdicari, Quo facto eciũ diacona-
tus ordine depoſuerũt tanq; heretice ſapientẽ· et qui contra ecclia ſticã
conſuetudinem quedam humane ſapiẽtie facta conſcriberet Et dia-

logos plenos blaſphemia dictaret atq; turbarũ eccłiaſticarũ et ſedicio
nis auctor extaret, Dicitur aũt et aliquib9 quia non eum integro
corde depoſuerũt· ſ; volẽtes ſe pncipi cõmẽdare eo ꝙ decerent̃ ſimilia
ſapere. Videtes aũt impatoris indignatiõz quã circa macedonium
tũc hẽbat etiã eum depoſuerũt et eleuſiũ zizici et baſiliũ ancyre et or
thaſiũ ſardicoꝝ · draconciũ pergami· et dum ĩ dogmate viderentur
habere diſcordiã tñ tpe depoſitiõis memoriã eoꝝ fidei nõ fecerũt· ſ; cul
pas eis oĩb9 inferebãt ſinglariter p q̃s eos aſſerebãt ĩ eccłiaſticis re
gulis deliquiſſe.

## SOZOMENUS.

INter quos cyrillũ q; hieroſolimoꝝ depoſuerunt· tanq; euſtachio hel
bidio q; cõmunicantem, Hi enĩ contraria ſapuerãt qui in militene
fuerãt congregati. Int̃ q̃s etiã ipe ꝯuenat· et tanq; poſt depoſitionẽ
in paleſtina factam cõmunione participatus fuerat cum baſilio et
Georgio laodicie epis · Cum enim cyrillus hieroſolimoꝝ ſuſcepiſſet
epiſcopatum de iure metropolite contendebat cum achacio ceſaree
paleſtine tanq; ſedis apoſtolice pontifex, Hinc ergo in antiochia ꝯ
ſtituti derogabant alterutris tanq; non ſaperẽt recte de deo. Nam et
prius vtq; ſibimet in ſuſpicione eẽ videbat̃ alter quidẽ arrij dogma
laudabat cyrillus aũt predicantes ꝯſubſtãtialẽ patri filiũ ſequebat̃
Inueniẽs ergo tempus achacius cũ ꝯſentiẽtib9 ſibimet epis· cyrillũ
pro hui9modi cauſa depoſuit cũ fames hieroſolimoꝝ prouinciã occu
paſſet tanq; ĩ epm neceſſitate ciboꝝ turba reſpiciebat egentiũ, Cũq;
pecunie ad ꝯſulendũ nõ eẽnt vaſa ſacrataq; vela diſtraxit et populi
neceſſitate ſubuenit.

## THEODORICUS.

IMperatoris igitur animũ hoc cõmouit et maxime et ꝙ achacius ꝯt̃
cyrillũ noſcit̃ machinatus Sacrã q; nãq; veſtẽ· quã famoſiſſim9 im
perator conſtãtin9 ad honorẽ hieroſolimorũ eccłie dederat machario
illi9 pontifici ciuitatis· ut ea circũamict9 miniſteriũ ſacri baptiſma
tis adimplẽt quõz erat auro ſerico q; ꝯtexta· cyrillũ aſſerũt vẽdidiſſe
eã q; veſtẽ emiſſe quendã thimelicũ ſaltatorẽ et dũ ea fuiſſ; indut9· ĩ
ipa ſaltatiõe cecidiſſe atq; ꝯtritũ morti contraditũ, Sozome·

HAnc ergo cauſationẽ achacius hñs cyrillũ epatu depoſuit,
Damnatos igit̃ epos ex vrbe cõſtãtinopolitana fugauerũt ſe
ctatores achacij ; ſibi aũt conſentiẽtes. In depoſitiõib9 tñ illoꝝ nolẽ
tes ſubſcribere · cũ eſſent numero decẽ apud ſemetipos interim hitare

preceperunt et neq; miniſterio fungi · neq; eccleſias gubernare q̃ diu ſubſcriberent, Et ſi non agerent penitentiã intra menſes ſex et oĩbꝫ placitis atq; geſtis ĩ illo concilio preberent ſcripto conſenſũ et ipſi deponerent · Quo facto conſentientes ep̃os p̄ ſingulas ꝓuĩcias alios ordinarẽt Cumq; talia cogitaſſent cunctis ep̃is atq; clericis ſcripſerũt ut hec obſeruarent atq; pficerẽt. Ex hoc ergo non poſt multũ tempꝰ macedonio ſuccedit eudoxius · baſilio athanaſius · eleuſio eunomius qui poſtea eunomiane princeps fuit hereſeos. Porro ꝓ euſtachio melecius eccleſie ſebaſtene ſuſcepit ep̃atum. Socrates.

SEcta eſt etiam in conſtantinopolitana vrbe cũ adiectione expoſitio fidei, Sed nos laberinthum expoſitionũ vix aliquando reperientes eoꝝ quoq; numerũ digerimꝰ

Enumeratio diuerſarũ expoſitionũ hereticoꝝ poſt explanationẽ fidei niceni concilij,

POST NICENUM nanq; conciliũ in dedicatione antiochena expoſitionem geminã dictauerũt. Tercia vero ẽ que a narciſſo apud gallias conſtantio impatori oblata eẽ dinoſcit̃ quarta eudoxij que ĩ italiam deſtinata eſt. In ſirmio tres dictate ſũt quarũ vna ĩ arimino cũ conſulatu relicta ẽ, Porro octaua in ſeleucio ab achacij ſocijs edita eſt, Ultima conſtantinopolim cũ adiectiõe recitata ẽ. Erat enim additum ut neq; ſubſtãtia neq; ſubſiſtentia diceret̃ in deo. In hac et vlfilas gothoꝝ ep̃s tunc primo conſenſit Nam tp̄e precedenti nicenã amplectebat̃ fidem · ſequẽs theophilum gothoꝝ ep̃m qui preſens ĩ ↄcilio niceno ſubſcripſerat. Achacius igit̃ et eudoxius cum ſuis conſtãtinopoli de quibuſdam alterius partis ep̃is ↄdemnandis certamẽ habebãt vidẽtes indignari contra macedoniũ principẽ p̄mũ ↄdẽnauerũt eũ tanq̃ plime necis auctorẽ · et q̃ diaconũ in fornicatione captũ ĩ cõmunione ſuſcepat.

EXpulſo ſiquidẽ macedonio eudoxius ſpernens antiochie ſedẽ conſtantinopolitanã inuaſit ecciã ſtudio fultus achacij · qui obliti ſuoꝝ ſuis iudicijs contraria ſanciuerũt, Nam cum prius dracaciũ depoſuiſſent eo q̄ ex galacia tranſiſſet ĩ pergamũ nõ cogitãtes quod actũ fuerat eudoxiũ a ſede in aliam migrare fecerunt. Quo facto lectam fidem arimino cũ augmẽto qđ ipſi ĩ conſtantinopolitana vrbe adiecerãt vbiq; direxerũt mandantes ut qui nõ ſubſcriberẽt

iuſſione imp̄atoris exilio mitterent̄. Innotuerūtq; ſua geſta et alijs oriētalibus ſibi concordibus. et patrophilo ſcytopoleos ep̄o. qui de ſeleucia ad ꝯpāq; mox redierat ciuitatē, Eudoxio ſiquidem conſtituto conſtantinopoli. tunc etiam maior ecc̄ia que dicit̄ ſophia dedicatur conſulatu conſtancij decimo et iuliani ceſaris tercio quinta decima februarij menſis diei. Eudoxius enim cum ſediſſ; in ſede illa p̄us vocem que vbiq; vulgata ē ꝓtulit dicens. Pater aſebis filiꝰ euſebis Iſta duo greca verba diu̇ſos habēt apud grecos intellec̄tꝰ Aſebis gͦ dicit̄ et impius et ſine cultu s Euſebis dicit̄ et pius et bn̄ colēs, Cūq; dixiſſet hec verba turba generat̄ in populo quaſi patrem dixiſſet impiū s filiū vero piū. Quo facto nolite inq̇t turbari ad ea que dixi pater enim aſebis ē quia nullū colit. filius aūt euſebis quia colit patrem, Hec cum dixiſſet eudoxius turba quidē ſedata eſt multus vero riſus compleuit eccleſiam et hactenꝰ illud dictū cum deriſione permanſit, His enī hereſiarche ſeductionibꝫ ſmonibꝫq; vacātes ecc̄iaſ lacerarūt Huiꝰmodi ergo termino etiam ſinodus conſtātinopolitana concluſa eſt.

SOZOMENVS.

IGitur et achacius et eius ſocij nō ceſſabant. ſ; congregati antiochia que eis duorū placuerant deſtruebant et ex conſcriptione que arimīo et conſtātinopoli fuerat lecta nomē ſimilitudīs abſcindē nitebant̄. et p̄ oīa ſubſtātiam atq; volūtatē diſſimilē eſſe patri apud filiū et nō exiſtentibꝫ factū introducebāt ſicut arrio primo placuerat quibꝫ etiā conſentiebant. Is enim etius poſt arriū primus apte his noībꝫ vti preſūpſit, Quaproptꝰ et ſine deo vocabat̄. eius q; ſequaces ꝓpter diſſimiles et ex non exiſtentiales ſūt dicti ab his qui antiochia conſubſtātialitati ꝯſentiebant, Hos ergo dum requirerent cultores niceni concilij cur in expoſitione fidei ſue deū ex deo filiū dicētes diſſimilem et non extantibꝫ noīare preſumerent his ſmonibus reſpondebant, Sic dictū ē deū ex deo ſicut habet̄ apud ap̄lm. Oīa aūt ex deo, Vnus ē oīm etiā filiꝰ dei. et ꝓptea poſitū ī expoſitiōibꝫ. ſm ſcriptas. Soc̄.

QVius verbi princeps fuit Gregoriꝰ laodicenſis epiſcopus. Qui cū talia doceret ignorauit quemadmodū ap̄li ꝓpterat q; ſuperiori tempore origenes latius examinatus atq; interpretatus ſit

SOZOMENVS

INTEREA DUM ADHUC ATHANASIus celaret᷑ georgius alexandria crudeliter paganos afficiebat· et adverſantes ſibimet xp̄ianos. Vtroſq; enim cogebat ad ſuā venire ſentenciam et reſpuentes afficiebat. Erat enī apud ſapiētes odibilis q̄ſi deſpiciens eos et iudicib⁹ impās; apud populū vero quaſi tirann⁹ et vltra potētes elatus; precipue tn̄ paganos opprimebat· quos ſacrificare et paternas feſtiuitates agē prohibebat. Tunc enī militeſq; et egipti duces armatos in ciuitatem introduxit· imagines et ornamenta templorum abſtulit qđ ei poſtea cauſam necis adduxit. Cyrillo ſiquidē depoſito ſicuti predictū ē· apprehendit hieroſolimorum eccleſiam herennius; et poſt illū heracli⁹· poſt quem halari⁹, Nos enim tunc illam eciam gubernaſſe p̄cipim⁹· vſq; ad imperiū theodoſij p̄ncipis quando rurſus cyrillus ad xp̄ū remeauit ep̄atū. Socrates·

IGitur macedonius conſtantinopolitana pulſus eciā dānationem non ferens· quieſcere reſpuebat. Declinauit enim ad corum partē q̄ apud ſeleuciā achaciū cū ſuis ſocijs depoſuerāt, Miſitq; legationē ad ſophroniū et eleuſiū q̄tenus defenderēt expoſitā p̄⁹ī antiochia fidē ⁊ poſtea ſeleucia roboratā ⁊ ſimilis ſubſtantie fidē deuulgandā eē cōmonuit ad quem concurrūt multi familiariū qui nunc ab eo macedoniani vocātur. Quicunq; enim in ſeleuceno concilio achaciū declinauerunt· apte verbū ſimilis ſubſtātie ſanciuerūt· cū prius hoc nō manifeſto iudicio declaraſſent. Eſt enim opinio apud multos quia nō inuentū ſit macedonij nicomedienſis epiſcopi vnde etiā marathonij vocitant᷑ ad quos euſtachi⁹ expulſus de ſabaſtia confugit. Cūq; macedoni⁹ ſpiritū ſanctū comprehendere in tractatu diuine trinitatis declinaret tunc et euſtachius; ego inq̄t neq; deū noīare ſpiritū ſanctū patior neq; creaturā vocare preſumo· xp̄i hanc ergo cauſā ſpiritui repugnātes appellāt h⁹modi perſonas· hi qui in conſubſtātialitatis expoſitione concordant,

SOZOMENUS

CUm itaq; macedoni⁹ eciā conſtantinopolitana fuiſſet expulſus non ea que achacius atq; eudoxius ſapiebat· ſed tradebat magis filiū deū p̄ oīa et ſm̄ ſubſtātiā ſimilē eē patri· ſanctū vo ſpūm non earū rerū eē participē· ſꝫ miniſtrū et perhibētē officiū et quecūq; de ſanctis angelis dici poſſunt. Socrates.

IGitur ſequaces achacij in antiochiam magno ſtudio conuenerunt
acti penitentia quia ſimilē dixerit filiū patri. Et conſulatu ſequenti
id eſt tauri et florēti cū euzoius eā gubernaret eccīaȝ· impatore ibidē
conſtituto· pauci quidē rurſus mouebant ea que dudū placuerant·
dicentes oportere ſmonē ſimilis ſubſtātie auferri a b expoſitione fi=
dei tradita et tam ī arimino qm̄ conſtantinopolitani non celantez
ſed apte dicētes quia p oīa filius diſſimilis eēt patri nō ſolū ſm ſub
ſtātiā · ſȝ etiā ſm volūtatem et ex non extantibꝫ eēt ſecuti predicaue=
rat arriꝰ cum quibꝫ erant ſectatores ecij. Theodoricus·

EA ſiquidem tempeſtate dū pſidia accuſaret eudoxij inter ali=
os euſtachius ait. Quō de fide examinationē vis fieri o imp=
ator eudoxij conſidera blaſphemiā. Obtulitqȝ eiꝰ expoſitionem inter
alia ſic habētem. Que diſſimiliter pferuntur diſſimilia ſm ſubſtāti
am ſunt, Vnus deus pater ex quo oīa et vnus dominꝰ hieſus xp̄us
per quem oīa. Diſſimile aūt eſt ex quo et per quem. Diſſimilis ergo
filius deo ē patri, Hac lectione cōmotus impator requiſiuit eudo=
xiū ſi fateret ſuā, At ille negauit dicēs ſ qz eēt ecij· Quem dū iuſſiſſet
impator adduci · requiſitus licet eius non fuerit ſuā eē pfeſſus eſt ·
et ideo exilio deſtinatus eſt, Euſtachius tm̄ etiam eudoxiū ita ſape p
clamabat exigens ut ſcripturā anathematizaret ecij, Quod licet tar=
de · fecit tm̄ et dānauit qđ prius et poſtea predicabat. Deinde etiā
exigebat · ut ille omouſiū anathematizaret qđ ſcriptē non haberent
Tunc ſiluanꝰ et ex nō exiſtētibꝫ inquit ſ Et creatura et alterius ſub=
ſtantie ſcripta nuſqȝ ſunt. Iuſtū ergo eſt hec abdicari, Qđ impator
quoqȝ decreuit ut fieret. Quod licet cū difficultate fecerūt. Quo ge=
ſto exigebant ut et ipē omouſion abdicarent. Tūc diſputatiue atqȝ
veracit ſiluanꝰ ait, Si non exiſtētibꝫ nō eſt ſ neqȝ creatura ex alia
ſubſtātia deus verbū igit conſubſtātialis ē genitori patri ſicut deus
ex deo et lumē ex lumīe eāqȝ hē cū genitore natūaȝ, Tūc impator ira=
tus exiliū interminatus eſt eis, At illi poteſtatē inquiūt habes pu=
niendi non tamē nos patrū ſtatuta deſtruimꝰ, Tunc impator illos
pelli iuſſit eccījs et p eis alios ordinari, Tūc eudoxius cū tirannice
cōſtātīopoleos teneret eccīā pulſo eleuſio cizici eunomiū ordinauit epz
Et eciū ī ſcriptis abdicauerūt eꝰ videbāt eē cōſortes· ſcripſerūt qȝ geor
gio quod fuerat geſtū,

Exemplar epiſtole vniuerſi concilij ad Georgium contra ecium
propter nefariam blaſphemiam eius.

SAncta ſinodus conſtantinopolim congregata· dño honora=
bili alexandrine ciuitatis epo Georgio ſalutem, Sinodo re
prehendente etium ꝓpter nefandas ei⁹ et plenas ſcādalis ſcripturas
ſcḋm conſequentiam eccliaſticarū ſanctionū ſup eo ab epis actū qḋ de=
cebat, Diaconatu nanqꝫ depoſitus eſt et ab eccłia factus extraneus ;
et a nobis hec monita preceſſerūt· ut neqꝫ ad lectionē cuiuſpiā veni
ant nefande eius epl'e · ſꝫ abijciant̄ ; eo ꝙ vehementer inutiles ſint,
His autē adiecim⁹ etiā anathematizandū eū ſi ꝑmanet in eo ꝓpoſi
to cum ſequacibus ſuis, Conſequēs enim erat ut omnes in ſinodo
conuenietes epi deponerēt auctorē ſcandaloꝝ et ſciſmatū in omni ter
rarū orbe factoꝝ inter ecclias· et concordarēt in ſententia contra eū iu
ſte ꝓlata. Sed extra vota ſpemqꝫ noſtram Seras et Stephan⁹· He=
liodorus et Thiophilus in noſtra ſentencia concordare noluerunt ;
neqꝫ ī eius depoſitione ſubſcribere cum ſcꝫ Seras etiam aliā veſanā
arrogantiāqꝫ eiuſdē accuſaret ecij. Dicebat enī eū aſperiora preſume
re atqꝫ dixiſſe ; qm̄ ea que deus hacten⁹ celaſſet apoſtolis reuelata ſi
bimet affirmaret . Poſt h⁹modi veſanos ſupboſqꝫ ſermones a me=
morato Sera de ecio ꝓteſtatos flecti precibꝫ nequiuerūt ut in noſtra
fierent determinatione concordes, Verūtamē in longanimitate detē=
ti multo tempore ſuſtinuim⁹ eos nec indignantes nec rogātes nec ī
terminātes nec iterū ſupplicātes ut conuenirent nobiſcū et conſona
omni ↄcilio definirēt, Suſtinebam⁹ ergo ſi forſan audirent ſi forſan
intelligerent ſi forte proſpicerent. Cumqꝫ multo tempore nobis per=
durantibꝫ nō flecterent̄ ſequi ſentenciā ſup predicto viro prolatam·
ecclie honorabiliorē eē qm̄ viroꝝ amiciciā iudicātes ; finiuim⁹ ↄᷓ eos
excōmunicatōis tēp⁹ ſex menſiū ad agendū penitētiā eis dantes in=
ducias ut ſi in hoc tp̄e ↄūterēt̄ et conſentirēt definitōibꝫ fratrū ſuoꝝ
ſuſcipent̄ in eccłiaꝫ ec ꝓpaꝫ fiduciā caritatē qꝫ repararēt. Si vero ſine
penitētia ꝑmanerēt amicicias qꝫ hominū regulis ecclie et ↄcordie no
ſtre ꝓponerēt tūc eos epatus dignitate eē iudicauim⁹ extꝛneos Quib⁹
depoſitis neceſſariū erit ut in eoꝝ locis alij conſtituant̄ epi· quaten⁹
legalis ecclie ↄpetentē ſumēs ordinē ſibi et ↄcordet epis videlicet vni=
uerſis ſeruantib⁹ vinculum caritatis· eadē qꝫ cū perfectione dicendo

Jn vno intellectu vnaqꝫ eſſentia. Vt ergo cognoſcas que concilio
placuerunt hec tue reuerentie ſcripta tranſmiſimꝰ. orantes ut gratia
xp̄i iſta cuſtodiēs pacifice et legittime regas ſub te conſtitutas eccłias

NVnc enī ecciū eunomius ſuis libris exaltat et hoīeȝ dei xliij
vocat mltis qꝫ fauoribus honorat. Sed tūc et abdicantibꝫ eū
inťfuit et ab eis ep̄alē ordinatōeȝ ip̄e ſuſcepit. Eudoxiꝰ igiť et achaciꝰ
cū ſuis ꝯſenſum prebētes his q̄ in nicea thracie geſta ſūt ꝑ baſilio et
eleuſio alios conſtituerūt ep̄os. de quibꝫ ſupuacaneū loqui nō cen-
ſeo de eunomio ſolū habito ſermone narrabo. Igiť cū eleuſio viuo
cizecenā eccłiaȝ ꝓcepiſſet eunomiꝰ. et populi ſalubritatē videret eudo
xius atqꝫ impatorē conſpiceret ſeuiētē ꝯᵗ eos q̄ creatū profitebantur
vnigenitū dei filiū eū ꝯpulit ut celaret hunc ſenſū nec eū apiret in-
ueſtigātibꝫ accuſatōibꝫ dicēs eunomio. Qm̄ oportuno tp̄e p̄dicabiꝰ
que mō celamꝰ et ignorātes docebimꝰ et ꝯtradicētes aut flectimꝰ ā
cogimꝰ ā punimꝰ. His promiſſionibꝫ ꝑſuaſus eunomiꝰ obumbra-
tā proferebat impietatē. Sȝ q̄ diuinis ſūt educati ſmonibꝫ. vidētes di-
ctoꝝ calliditatē moleſte q̄dē ferebāt apte ꝟ ꝯtdicē preſūptōis opꝰ et
non ſapiētie iudicabāt. Circūponētes gᵒ ſpeciem ſibimet hētice pra-
uitatis et hoc ſe eē fingētes. acceſſerūt ad domū eiꝰ rogātes ut eis ex-
poneret apte dogmatis veritatē nec pateret huc illuc qꝫ eos diuꝰ fer-
ri doctrinis. Tūc ille accepta preſūptōe ſenſū quē celabat aperuit.
Quibꝫ dicētibꝫ nīs eē nefariū ut non oēs ſub eo ꝯſtituti ꝟitate frue-
renť. His et hꝰmodi ſeductꝰ ꝟbꝫ ī ꝯuētu eccłie ſuā blaſphemiā reue-
lauit. At illi zelo ſuos aīos accēdētes ad ꝯſtātinopolī ꝓrexerūt. Et
primū quidē apud eudoxiū inſcripſerūt eunomiū. Quo eos nō ſu-
ſcipiēte adeūtes p̄ncipē peſtē illiꝰ cū gemitu pandiderūt. Dicebant
enī potiꝰ iſtiꝰ dicta impia eē qꝫ arrij. Pro his impator indignatꝰ
p̄cepit eudoxio ut deduceret eunomiꝰ et conuictꝰ ſacerdotio nudaret
Cūqꝫ freqūter ab accuſatoribꝫ importunitatē paſſus eudoxiꝰ decli-
naret adierūt rurſus impatorē Ingemiſcētes qꝛ nihil qḋ p̄cepat feciſ-
ſet eudoxiꝰ ſꝫ tantā deſpicēt ciuitatē blaſphemijs eunomij ꝑeūtē Tūc
conſtāciꝰ expulſurū ſe interminatꝰ ē eudoxiū niſi eunomiū iudican-
dū deduceret conuictū ī accuſatione puniret. Hoc metuens eudoxiꝰ
ſcripſit eunomio ut de cizico fugeret ſibi qꝫ reputaret qui nequaq̄m
eius monitionibꝫ obediſſet. Verū eunomius metuens abſceſſit q̄dē

ſed contumeliã nõ ferẽs proditionis quidẽ accuſabat eudoxiũ· leſũq̧
ſe et eciũ aſſerebat ac deinde gregẽ xp̃e cohortis inſtituit. Quicũq̧
enim eius dogmatis concordiã ſequebant̄· ab eudoxio receſſerũt·pro
ditionẽ accuſantes ei9· ſociantes ſemetipõs eunomio qui hacten9 ab
illo nomẽ hr̃e noſcunt̄. Hinc ergo hereticus factus eunomius·impi
etatis cumulo auxit arrij blaſphemias. Quia vero arrogantie ſerui
ens paſſioni xp̃um probat̄ fecíſſe collegiũ ipſa que ſũt geſta concla
mant. Nam cũ abdicatus ecius fuiſſet expulſus cũ eo egreſſus nõ
eſt licet doctorẽ eũ et dei hominẽ nominaret ſed manſit eudoxio cõiũ
ctus. Cum autem impietatis penas exigeret ratum non habuit oci
lij decretũ ꝫ ep̃os ordĩauit atq̧ preſb̃os ep̃ali dignitate p̃uatus. xliiij

Socrates

PER IDEM TEMPUS IN LAODICIA
ſyrie duo erant viri vno nomine nuncupati· pat̄ atq̧ natus
vterq̧ dicebatur appollinaris· pater preſbiterij dignitate functus ꝫ
filius autẽ habens lectoris officiũ grecoꝝ ambo doctores eloquiorum
pater grammaticus filius erat rhetor. Pater nanq̧ cum fuiſſet alexã
drinus genere et prius docuiſſet in berytho poſtea laodiciam veniẽs
duxit vxorem et filiũ habuit appollinarẽ. Tumc igitur ambo exerce
bantur cũ epiphanio ſophiſta· et cũ eſſent eius amici valde fouebãt
eum. Hoc metuens theodotus laodicenſis epiſcopus ne frequen=
ti confabulatione ſophiſte declinarẽt ad paganitatem prohibuit·ne
ad eius ſcolas accederẽt. Qui p̃uipẽdentes epiſcopum· epiphanij
amicicias magis amplectebant̄. Poſtea Georgius theodoti ſucceſſor
cum eos prohibere non potuiſſet· Ambos communione priuauit.
Tunc appollinaris filius arbitratus iniuriam et fretus eloquij tu=
more ſophiſtici nouitatẽ et ip̃e introduxit hereſeos· que nec fert̄ no=
men ab inuẽtore gerẽs id ẽ appollinariſte. Aiũt enĩ quidã excitatos
eos aduerſus georgium non tantũ propter predictam cauſam ſed q̧
videbãt eũ varia dogmata proferentem. Et nec quidem xp̃itentem
ſimilem patri filiũ ſicut erat ſeleucia conſtitutum·nunc autem ĩ arri
anam declinare ſentenciam. Quapropter velut oportunam ſu=
mentes occaſionem abſcedunt. Cumq̧ nullus eis intenderet ſub
ſchemate religionis· peſtem hereſeos introducunt.

Et primum dicebant aīaꝫ a deo verbo ī diſpenſatione incarnatōīs non aſſuptam ; deinde quaſi penitentia ducti corrigentes ſemetipos Adiecerūt ; Animā quidem aſſūptam que non tñ haberet mentem ſed deum verbum eē ꝓ mente in homine aſſūptum. Circa hoc itaqꝫ ſolum eē dicuntur corrupti qui nec illoꝝ nomine vocitantur. Nam trinitatem conſubſtantialem eſſe profitemur, xlv. Theodoric⁹

CVm inter hec Sapor rex perſarū contra romanos caſtrametaretur ; Conſtancius cum magno exercitu veniens ad Antiochiam fugauit hoſtes Quod nō milicia romanoꝝ egit ſed deus qui colitur a romanis. Tropheum ergo nunc ſtudio enarrare victorie.

Niſibis quam quidaꝫ antiochiam migdoniam vocāt ī termino poſita eſt perſicarum romanarum qꝫ terrarū, Huius erat eṗs. atqꝫ rector et dux Iacobus apoſtolice gratie radijs illuſtratus. cuius digna laudanda qꝫ miracula in hac hiſtoria dſcribere aut enumerare ſuꝑuacaneum iudicaui, Sed vnum tantūmodo eius opus cauſa narrationis exponam. Huius igitur ciuitatem romanis ſubditam perſarum exercitus obſidebat, Et cum lxx dies iugiter obſeruaret & multas quidem cepiſſet ciuitates plurima qꝫ circa hāc molimina poſuiſſet et valles atqꝫ foſſata pro capiēda vrbe feciſſet eam nequaqꝫ valuit obtinere, Poſtea vero perſe impetum migdonij fluminis ꝑ ciuitatem mediam ꝑperantis alonge retinentes. et vtraſqꝫ ripas eius facientes celſiores ut aqua in ſe collecta concreſceret. quo. vi maiori poſſit irruere. Cum vidiſſent iam etiam illas quas fecerant ſublimes ripas impleri ſubito auferentes quas fecerant catharactas. dimiſerunt impetum fluminis contra murū. Qui vehementis aque pondus non ferens eſt inclinat⁹ et cecidit, Quo facto ingrediēs aq̄ cum magno impetu etiam aliam partē muri vnde fluuius ſolebat exire cum magna ruina depoſuit. Hoc Sapor inſpiciens credidit ſe ſine pugna capere ciuitatem. Et illa quidem die quieuit. ut et fundus fluminis purgaret̄ et poſſet ambulari per fluuium. Altera vo die. cum omni militia credens ꝑ loca ruinoſa murorum ciuitatem intrare ; videns murum ex vtraqꝫ parte fabricatum, Ille nanqꝫ ſacratiſſim⁹ homo oratiōibꝫ milites confirmauit et alios vrbꝭ hītatoꝝ Quo facto et murū reſtituit et ꝓpugnacl'a fecit quibꝫ repellēt accedētes, Et hoc nō ad murū veniēs egit ſꝫ int̄ tēplū ſacꝫū dn̄o ſuplicans

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

adimpleuit. Porro Saporem nonſolū muri fabrica terruit· ſeđeti
am altera viſio perturbauit. Vidit enim ſtantē ſupra murū quēdā
imperiali ſcemate circumamictum · et tam purpura ꝙ̄ diademate
ſplendere. Arbitratus autem eē romanoꝝ imperatorem mortē mi:
natus eſt eis qui nunciauerant non cū illic eſſe preſentem. Quibꝰ
affirmātibus vera ſe dixiſſe· et conſtancium Antiochia commorari·
ex vultu quem videbat agnouit eorum verba eſſe veracia et ait· de:
um bella gerere pro romanis, Cunqꝫ hoc grauiter haberet · infelix
ſagittā dimiſit in aerem. Et cum vidiſſet qꝛ ī corpore eum iaculare
non poſſet · tñ a veſanie ſue impetu non receſſit. Tūc igit̄ Eſfrem
vir mirabilis et conſcriptor egregius apud ſiros· ſacratiſſimo Jaco:
bo ſupplicabat· ut veniret ad murum· et videns barbaros maledicti
onis iacula contra eos emitteret. Flexus ergo venerabibilis homo·
aſcendit in quandam turrim. Et cum milia miliū videret exercitꝰ
aliam maledictionē eis non pecijt niſi ciniſes et culices ut ꝑ parua
animalia ſupernam virtutē potuiſſent agnoſcere, Orationem vero
ſecute ſunt nebule ciniſoꝝ et culicū et elephantorū quidem promoſci
das· cum ſint caue · equoꝝ vero aliorumqꝫ iumentorū aures ſimul
et nares impleuerunt, At illi ferre vim paruorū aīaliū nō valētes
ſeſſores ſuos ductores ꝙ̄ excuſſos dorſibꝰ ꝓiecerunt· et diſruptas aci:
es confuderunt, Exercitumqꝫ reliquentes ſūmo impetu fugiebant,
Hoc modo ter miſerrimus imperator per paruam clementē ꝙ̄ corre:
ptionem in ſe cognoſcens factam a deo· habētem ꝓuidentiam aīarū
eum pie colentiū ſuū exinde reduxit exercitū ꝯfuſionē nō victoriam
ex illa obſidione percipiens. Quadrageſimūſextum,

Hoc itaqꝫ tempore Conſtātius Antiochia morabatur Et par:
tico prelio quieſcente · rurſus colligebat epōs · cogens omnes
negare verbum et vniꝰ ſubſtātie et alteriꝰ ſubſtantie. Verum cum
Eudoxius poſt Leoncium Antiochenam arripuiſſet ſedem· deinde
pulſus pꝰ mlta cōcilia. Cū cōſtātinopolitanum iniqꝫ tenuiſſet epā
tum Antiochena ecc̄ia paſtore priuata videbatur. Tunc ergo con:
uenientes epī cum eēnt plurimi et vndiqꝫ congregati dicebant im:
peratori· oportere primitus paſtorem conſtitui: et ita cum illo de do:
gmatibus cogitari. Capl'· xlvij·

ILlo tempore ſacratiſſimus Melecius ciuitatem quandam armenie regens et barbaros edocens ; quietem habere videbatur. Quem putantes arriani ſibi conſentire petierūt a conſtancio ut antiochene cōſtitueret̄ preſul eccl̄ie. Cum quibus etiam orthodoxi xp̄i caritatē eius vite et ſalubritatem rectorum dogmatum in eiꝰ ſubſcribere decreto ipſum ꝙ decretum. vtraqꝫ pars Euſebio ſamoſateno commendauit epiſcopo Veniente ſiquidem magno Melecio ; occurrit ei populus vtriuſqꝫ partis. Cū quibꝰ iudei pariter et pagani deſiderātes famoſiſſimum vidē melecium. Tunc imperator et ei et alijs qui exponē poterant iuſſit ut populis explanarent locū illū. Dn̄s creauit me in inicio viarū ſuarum ī opera ſua ; precipiens ut exceptores eorū verba conſcriberent Et quidem primum Georgius laodicie fetorem heretice peſtis euomuit ; poſt quem Achacius ceſaree quandā viſusꝰ mediam proferre doctrinam. multū ab illorum blaſphemia receſſit. non tamen ſūmū ap̄lice integritatis dogma ſeruauit. Tercius aūt magnus ſurrexit Melecius ; et rectitudinem regule ī ſacra diſputatione monſtrauit. Nam veluti quodam pōdere veritatis vtens. et quod plus et quod minus erat euitauit. Cumqꝫ turba vniuerſa faueret rogans ut breuem eis doctrine daret imaginem. tres oſtēdens digitos ; deinde colligens duos et vnum tendens illam laudabilem protulit vocem ; Tria quidem intelliguntur ſꝫ tanqꝫ de vno diſputamus.

Sozomenus.

EO tempore fertur archidiaconus eiꝰ eccl̄ie adhuc eo loquente. extenſa manu eius os obſtruxiſſe. At ille manu clariꝰ ſuam ſentenciam quam voce ſignauit. Tribus enim apertis digitis et denuo clauſis. et vno tantum digito rurſus extenſo. popl̄o ſcemate diuulgauit ; quia tres vnum ſint. Deinde archidiacono eiꝰ manū ore dimiſſo tenente libera voce clamabat nicenum ſeruari debere cōcilīū.

Capl̄. xlviij. Theodoricus.

COntra hanc doctrinam arriani calūnie linguas exacuerunt. Sabellianum aſſerentes ſanctum eē Meleciū. Ob quam rem principi ſuaſerunt ; ut in propriam prouinciam exilio mitteret̄. Et factus Euzoius aperte arrianum dogma laudabat. Hūc enī cū Ario magnus Alexander diaconatu priuauerat Hoc itaqꝫ facto ſanꝰ pp̄l's ab hereticis diuiſus. In ap̄licā ecciam poſitā loco qui dicitur

vetus conueniebat, Annis nanqꝫ trigīta poſtq̄ꝫ magnꝰ Euſtachiꝰ
fuerat expulſus orthodoxi arrianoꝝ onera ſūt ꝑpeſſi· rerū mutatiōeꝫ
volent ſuſtinētes.

## SOZOMENVS.

SEquacibus enī Meleciȷ̄ cōmunicare noluerūt hi q̄ ab initio
nicenū dogma ſuauerāt dicētes· q2 ex arriano decreto Meleciꝰ
fuerit ordinatus · et ſequaces eiꝰ ab illis ſint baptizati. Ob quā rem
antiocena eccīa ī aliā diuiſit partē.

## THEODORICVS

CVnqꝫ videret orthodoxi hereticoꝝ ēſcē magis impietatē et aplī
ci dogmatis defenſores apte debellari· ſcīmqꝫ Meleciū pulſū et
Euzoiū hereticū ordīatū · verboꝝ memorati ſūt que dicta ſūt Loth
Saluans inquit ſalua aīaꝫ tuā. Ad hec etiā euangelici verbi dicētis:
Si oculus tuꝰ dexter ſcādalizat te aufer eū et abiice abs te· idē eꝫ de
manu et pede dn̄o ſanciēte. Qui etiam adiecit dicēs Meliꝰ ē enī tibi
ut pereat vnū membrū tuū· q̄ꝫ q̄ totū corpꝰ ī gehennā mittat. dix̄

POrro mirabilis Euzebiꝰ cuiꝰ dudū memini decretū fuiſſe cō-
mendatum vidēs ꝑuaricatiōeꝫ pactoꝝ circa Meleciū medita-
tam ad ſuam reuerſus ē ciuitatē· Arriani vero ſcriptū teſtimoniū me-
tuentes Conſtancio ſuaſerunt· ut mitteret qui decretū in Melecio fa-
ctum ab Euſebio reuocaret. Tūc miſſus ē vere Dariꝰ qui hec velo-
citer adimpleret. Cumqꝫ veniſſet et imperatoris vba nunciaſſet tunc
Euſebius ammirandus cōmune inquit depoſitum nō reſtituam niſi
oēs q̄ tradiderūt dicant. Quod dum fuerat miſſus renūciaſſet, Indi-
gnatus imperator denuo miſit ut redderet qd̄ accepit adiiciēs ſcripto
ut ſi reddere nollet dexterā manū eiꝰ abſcidēt vbo tn̄ iubēs illi quem
miſit ne facēt qd̄ habebat ī lr̄is. Cūqꝫ eplaꝫ legiſſet Euſebiꝰ ac inue-
niſſet penā ab impatore dictatā cū dextera manu obtulit et ſiniſtraꝫ
ambas īcidi petēs. Nā decretū īqt nō dabo clarū arriane peſtis indi-
ciū. Hanc eiꝰ firmitatem Conſtantiꝰ vidēs laudauit egregie Mirā-
tur enī et impiȷ̄ reſiſtētiū ſibi laudes cū geſtoꝝ magnitudīe ſupant.

HEc igit̄ apud orientales agebant̄ ecclias. Sozomenus.
Interea Julianꝰ ceſar bello deuincens barbaros apud rhenū
fluuiū reſidētes· alios quidē pemit· alios cepit· claraqꝫ victoria deco-
ratꝰ· dū mediocritate vite atqꝫ māſuetudīe militibꝰ gratꝰ eēt ab eis
appellatꝰ Auguſtus. Hoc facto nihil de Conſtātio cogitans iudices
ab illo factos honoribꝰ mulcebat et ad illiꝰ inuidiā lr̄as pferebat·

quibꝫ oſtendēt eū xp̄i bellū ōr̄ magnēciū geſtū in italiā barbaros ī-
duxiſſe. Repēte religione mutata cū pri⁹ chriſtian⁹ eē putaret̄ ſemet
ip̄m pontificem noīauit· et veniens ad tēpla paganoꝝ ſacrificabat
ſubiectiſqꝫ talia colere ſuadebat. Cunqꝫ Conſtātī⁹ xp̄i bellū p̄ſicū
Antiochia moraret̄· ſperās ille q꜡ ſine bello poſſet illiricū detinē· ad
eos agebat iter· dicēs ſe velle Conſtantio ſatiſfacē tanq̄ꝫ nō ſpōte ſꝫ ꝑ
volūtate militū infulas imperij ſuſcepiſſet. Dicit̄ itaqꝫ q̄a dū ad
ad hos terminos acceſſiſſet vindemia collecta· circa occaſum pliadaꝝ
vuas denuo fuiſſe ꝓlatas· inſup etiā imbrē ex aere deſcēdētē in ei⁹
veſte ſimul et ceteroꝝ guttas ſingulas crucis formaſſe ſignacula.
Hoc facto videbat̄ et ip̄i et alijs q꜡ botris ext̄ tempus illatis bonū ei
panderet̄ indiciū. Imber aūt cadēs veſtem ſup̄ quam ceciderat robo-
raret· alij vero dicebant vuarū ſignū p̄t̄ temp⁹ ſignificare ꝑditiōꝫ
imꝑatoris ad inſtar h⁹modi botroꝝ et parui tp̄is ei⁹ fore impiū.
Porro de cruce dicebāt p̄nūciare hoc ſignū q꜡ ſit celeſte dogma xp̄iāo-
rum et oporteat ſignari cūctos crucis indicio. Vnde cognoſcit̄ quia
diuerſi interpretati quā dixerat imꝑator· veritate fraudati non ſunt
Vtrunqꝫ enī oportune dictum ſequēs tēp⁹ oſtēdit. Cū audiret itaqꝫ
Conſtātī⁹ ōt̄ ſe venire iulianū· inſtructione belli parthici derelicta
Constantinopolim veniebat. SOCRATES.

(E)T Mox Sicribis int̄ alicas atqꝫ cappadocas nimia contagi-
one appoplexie paſſiōe defūct⁹ ē· cōſulatu tauri et florēti tercia
die nouēbris mēſis anno vite ſue quadragesimo et quīto· ex quib⁹
tredecim cum p̄re regnauit· vigītiquinqꝫ poſt illū. Sozomen⁹.

(Q)Vo defūcto iulian⁹ quidē iam thracias obtinebat. Et non p⁹
multum conſtātinopolim veniēs appellat⁹ ē imꝑator.

Hiſtorie triptite liber quīt⁹ explicit.

Eiuſdem hiſtorie liber ſextus Incipit. Cap̄la eiuſdem libri.

De iuliani gn̄e diſciplīs et quomodo ꝑuenerit ad impiū. Primū
Quō iulian⁹ ad ritū deueniret paganoꝝ & de ſacrificijs idoloꝝ· ij·
Quomō etiā an̄ impiū latēter fuiſſet pagan⁹. iij·
Quam fuiſſet paganis infenſus. iiij·
Quia initio imperij ſui magis pep̄cit xp̄ianis. v·
Quomō Maris ep̄s chalcedonie ī facie redarguerit iulianū. vj·
Quia eos qui fuerant deportati a Cōſtantino reuocauit. ·vij·